Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

xxxiij

Fili noli credere affectui tuo quia nunc est et cito mutabitur in aliud / quia dum vixeris mutabilitati subiectus es. etiam nolens. Vt nunc letus nunc tristis. nunc pacatus. nunc turbatus. nunc devotus nunc in devotus / nunc studiosus nunc accidiosus / nunc gravis / nunc lenis tuemini. Et stat sup hec mutabilia sapiens a deo doctus. i. spe. non attendens quid in se sentiat. et qua ex parte flat ventus instabilitatis. si tota ut intentio eius ad debitum et optatum pertinat finem. Nam sic potest unus et idem intentus quia permanere simplicia intentionis oculo per tot varios circuitus ad me ipsum emisse directo quanto ut purior fuit intentionis oculus tanto constantius itur inter diversas procellas. Et in multis caligat oculus puree intentionis respicit cum cito in aliquid delectabile quod occurrit. Nam a vario quis liber totus tuetur a veneno pice exquisitioris. Sic Judei olim venerant in Bethaniam ad Martham a Maria. non propter Jhesum tantum sicut Lazarum viderent / Munddandus quo est intentionis oculus ut sit mundus a simplex et purus / atque ultra omnia varia media ad me dirigendus.

Quod amanti sapit deus sup omnia et in omnibus